Honoratiſsimis ac Eximio,

Ampliſsimi &

quinto, horum filio in lucem edito, sequenti
verò mox die sacro sancto Baptismatis lava-
cro regeneratus sit, Susceptoribus Viris Pru-
dentiſsimo, ac Clariſsimis Domino Johanne Ster-
bock Reipubl. huius Senatore et postea Iudice,
et Domino Magistro Matthaeo Saxone Cive
Bu[illegible] Primario, Iurisque Practico, nec
non Honestiſsimâ Matronâ Mariâ, Prudentiſsi-
mi Viri Domini Johannis Rössfaidt tum tem-
poris Iudicis et postea itidem huius Reipubl.
Consulis integerrimi uxore dilectiſsimâ:
Praetereà testati sunt Parentes ipsius, utque dum
in vivis fuerunt, vitam inculpatam hîc transe-
giſse, Filium itidem ipsorum saepiùs saepius nomi-
natum à primâ Iuventute probum suisque pa-
rentibus obedientem se exhibuiſse, ita quidem
ut nihil habeant, quod ipsos arguere queant.
Cum igitur nec Nobis aliquid aliud unquam co-
gnitum sit, vel ad aures nostras pervenerit, tan-
to minus est, ut ipsi Testimonium hoc [illegible]
detrectare voluerimus: Omnes et singulos porro,
quibus hae literae exhibentur, cuiuscunque ordinis
et dignitatis ii sint, amanter, officiosè et re-
verenter, prout par est, rogantes, ut non tan-
tum huic nostro Testimonio fidem plenam tri-
buere, verum etiam saepè nominatum Chri-
stianum Majum, tum ob legitimos suos Nata-
les, tum ob vitae Honestatem, Famaeque integri-
tatem sibi ad omne genus promotionis et faven-
tiae quam commendatiſsimum habere velint,
ita ut hanc nostram Attestationem et Com-
mendationem aliquid ponderis apud ipsos
habuiſse deprehendere poſsit. Hoc vicissim
datâ occasione compensare nulli intermitte-
mus. In quorum omnium fidem firmiorem ~~majorem~~
literas hasce Sigillo Civitatis Nostrae Majori
muniri curavimus. Dabantur Bialiſsime
pridie Calend. Junij: Ann: Ex Christi
CI)I)C XLVII.